

Membr. 2. Cap. 3. De Philosophiâ Primâ. 184
pus est, pro scientificis quàm certissimis habeamus, omnia
in Divini Numinis reverentiam absque fastu & vanâ gloriâ
contrito, sed in Deo semper exultante, spiritu sanctè diri-
gendo.

CAPUT III.

De Philosophiâ Primâ.

§. I.

EXemplo sic Divino Numine, unâ cum rebus per revela- *ENS et sic*
tionem cognoscendis, si classem Substantiarum ipsam
nunc ingredimur primò statim communem illam & univer-
salissimam rerum omnium invenimus stirpem (simili hîc
utar non exemplo) *ENS*, quod, ut radicem infinitam agit in
ipso DEO, in quo solo etiam omnimodè & quasi radicaliter
tùm quoad ipsum esse, tùm quoad operari, verificatur; ita
ramos suos (*substantias ortas*) indefinito excursu longè late- *In Substan-*
que diffundit, eosque variis floribus, foliis, fructibus, (*mo-* *tias &*
dis & accidentibus) ornatos ex se quasi protrudit, ex quibus *Modos*
utrisque quantum virtutis sub & in radice lateat, unde tot
ac tantæ perfectiones emanant, summa cum admiratione ve-
lut eminus perspicere licet.

§. 2. Cæterum ut ex radice, quicquid in quavis arbore *Wegs èv*
ramis eorumque adjacentibus communicatur, in communi *contrarium,*
stirpe quasi concurrat; ita Ens, quicquid in Substantias Mo-
dosque redundat, eminentiori quodam modo velut confu-
sè & concessivè complectitur: interim ut stirps ramos pri-
mariò, sed folia, flores, & fructus non nisi per ramos alit &
sustentat; ita Ens Substantiis per se, sed Modis non nisi per
& propter Substantias subest, atque ita saltem *Wegs èv* utrisque
communicatur, Aristoteles 3. Met. 2.

§. 3. Porrò sicut ex ipsius stirpis parte quasi materiali u. *Pro principi-*
nusquisque ramorum, imò & adjacentium quodvis, ut *Unū* *pio mate-*
velut egreditur & dependet; ex formali verò *Species* omnium *riali habet*
& formæ, quas sequuntur operationes, velut ex Ideâ trans- *NUMEROS;*
funduntur; ita ex Entis materiali (quod est *Unum* indiscre-